



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCXXIX. De Energumeno Liberato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

32 Ab Octava SS. Corp. Christi. usque ad Advensem.

Phil. 4. v. 13. inquit: *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Et S. Petrus Epist. 1. c. 5. v. 10. *DEVS autem omnis Gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam Gloriam in Christo IESV, mollicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.* Et rursum S. Paulus ad Phil. 2. v. 13: *DEVS est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona Voluntate.* Ille dedit rudibus piscatoribus Scientiam, ut fierent Doctores totius mundi; timidis dedit Fortitudinem, ut auderent stare ante Reges & Praefides; imperfectis dedit Virtutem supervenientis Spiritus Sancti. Act. v. 8. *Et Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis IESV Christi Domini nostri: & Gratia magna erat in omnibus illis.* Act. 4 v. 33. Sic faciet & nos Piscatores hominum.

M E D I T A T I O C C X X I X

De Energumeno Liberato.

Marc. 1. Luc. 4.

PUNCTUM I. Cum predictos quatuor Discipulos Christus adjunxit sibi, teste Marco c. 1. v. 21. cum illis ingressus est Capharnaum in Templum ad docendum. *Et erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo (id est, in potestate Spiritus immundi, eum obsidentis) & exclamavit, dicens: quid nobis & tibi IESV Nazarene: venisti perdere nos?* Marc. 1. v. 23. Considera, quantum sit odium Diaboli adversus hominem, ut quamvis perditissimus sit, tamen tunc tantum se perditum aestimet, si impediatur nocere homini. Unde colliges, quantum tibi ab ejus perpetuis insidijs, & nocentissimis fussionibus cavere debeas, hortante

hortante Petro Epist. I. c. 5. v. 8. *Sobrii estote, & vigilate: quia adversarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens, quem devoret: cui resistite fortes in Fide.* Quia tamen ex hoc ipso odio facile coniucere est, Angelorum Beatorum, ac Tutelarium longè majorem esse erga homines Amorem, & erga eosdem longè maximum esse Amorem ipsius DEI; hinc patet, quantâ Fiduciâ, & simul Vigilantiâ Diabolo resistendum sit: ideo S. Petrus dixit: *Cui resistite fortes in Fide.* Præterea considera, quomodo sibi Diabolus timeat à Præsentia DEI, & quomodo ejus vires elidantur, quando Deus præfens nobis est per auxilium suæ Gratiæ, & quando nos ipsi Deus nobis præsentem statuimus, & in ejus conspectu nos versari credimus. Dic ergo cum Job. c. 17. v. 3. *Libera me Domine, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me.* Et cum David Ps. 26. v. 3. *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat adversus me prælium, in hoc ego sperabo.*

PUNCT. II. Diabolus etiam clamavit: *Scio, qui sis, Sanctus DEI.* Et comminatus est ei JESUS, dicens: *obmutesc; & exi ab homine.* Marc. I. v. 24. Sicut Diabolus falso dixit: *Scio: cum tantum habuerit gravem conjecturam;* & sicut laudavit Christum animo in vivo, inimico, & non sincero, tantum ne sibi nozetur; ita communiter homines solent laudare eos, quos & quorum res non satis noverunt, idque animo non sincero, ad proprium aliquod emolumentum tantum obtinendum, vel incommodum avertendum. Unde hoc æquè parùm debemus appetere, aut recipere, aut estimare illorum laudem, quam Christus laudem à Diabolo profectam. Cave autem, ne Christus, ac

C

Deus

34 Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.

Deus etiam à te contemnat laudari , & dicat : Quare tu enarras iusticias meas , & assumis testamentum meum per os tuum ? Tu vero odisti disciplinam , & projecisti sermones meos retrorsum . Ps. 49. v. 16. & 17.

PUNCT. III. Et discerpens eum Spiritus immundus exiit ab eo . Marc. 1. v. 26. Et cum projecisset illum demonium in medium , exiit ab illo , nihilque illum nocuit . Luc. 4. v. 35. Sic tentator animam affligere , ac tristitia etiam prostertere potest ; nocere non potest , nisi volenti . In Diaboli obedientia considera , illum quidem statim paruisse Christo , sed voluntatis tamē reluetantis indicia dedisse . Pudeat itaque te , si Diabolus te Obedientiae celeritate superet ; vel si non superes Diabolum Voluntatis promptitudine ac Conformatitate cum Voluntate Superiorum : aut si contra eos , & contra mandata eorum impatientiae aut indignationis signa edas , sicut iste Diabolus .

MEDITATIO CCXXX.

De Socrus Petri sanata.

Marc. 1. Luc. 4.

PUNCTUM I. Et protinus egredientes de Synagoga venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Joanne: Decumbebat autem socrus Simonis febricitans , & statim dicebant ei de illa . Marc. 1. v. 29. Lucas ait : c. 4 v. 38. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus , & rogaverunt illum pro ea . Considera , an non Anima tua teneatur multis , & magnis febribus ? febres solent alternante immodico frigore & æstu corpus affligere . Immodicum frigus Animæ est defectus fervoris in Oratio